

BENEDICTIO IN SOLUTIONE SYNODI.

(Ex vetustissimo Pontificali ms. bibliothecæ cathedralis Rotomag.)

Christus Dei Filius, qui est initium et finis, complementum vobis tribuat charitatis. Amen.

245 Et qui vos [ms., nos] ad expletionem [al., absolutionem] hujus fecit pervenire concilii, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen.

Ab omni reatu liberiores effecti, absoluti [al., adjuvi] etiam per donum Spiritus sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illæsi. Amen.

Semper proficiat cura vestra, ut quando iudex ve-

nerit evigilet fides vestra, vigilantia præmium de Domino receptura. Amen.

Detque vobis potestatem prædicandi in populo, et quod aliis ore prædicatis, corde semper teneatis. Amen.

Exaudiat vos Dominus in tempore orationis vestrae, et det vobis consilium rectitudinis, ut evadere mereamini supplicium Acherontis. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

BENEDICTIO EPISCOPALIS

Ad missam in nocte Nativitatis Domini.

(Ex eodem Pontificali ms.)

Populum tuum, quæsumus, Domine, pio favore **B**es ex Virgine nasci. Amen.

prosequere, pro quo dignatus es in hac sacratissima nocte tuam mundo præsentiam exhibere. Amen.

A cunctis eum adversitatibus paterna pietate

custodi, pro quo in mundo hoc in tempore dignatus

246 Utinam te Redemptorem suum semper intelligat, et tuam veraciter gratiam comprehendat. Amen.

Quod ipse præstare dignetur. Amen.

BENEDICTIO EPISCOPALIS

Ad missam in Sabbato sancto.

(Ex eodem Pontificali ms.)

Dens, qui mortem nostram ingressus inferni **C**eunte peccato, non patiaris exsules fieri renascente commisso. Amen.

porta in hac nocte devicisti virtute divina, suscipe propitius famulæ tuæ preces humillimas voto sinceræ mentis oblatas. Amen.

Et quos veteribus maculis baptismatis emundavit unda sacrata, per lavacrum tuæ protectionis auxilio purgati, tales ante te præsententur in iudicium, quales nunc processerunt ex baptismo. Amen.

Et qui te miserante revocati sunt in paradiso per-

Et qui te semel agnoverunt [ms. agnovit] Principem universitatis et Dominum, nunquam invasus sensibus in se tyrannizantem sentiant inimicum. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.
Benedictio Dei Patris et Filii.

VETUS ORDO

Ad instituendum canonicum regularem in ecclesia S. Laudi Rotomagensis.

(Ex ms. codice ejusdem ecclesiæ.)

247 Sequitur servitium religiosorum professorum **D**secundum usum Sancti Laudi Rotomagensis.

Veniens novitius post offertorium missæ cum magistro suo ante majus altare, dicat stando :

Suscipe me, Domine, secundum eloquium tuum, et vivam.

Flectendo genua sua, dicat.

Et non confundas me ab expectatione mea.

Ter dicat hunc versum. Finito versu, cantor incipiat antiphonam : Suscepimus, Deus, cum Gloria Patri, et postea iterum Suscepimus, Deus. Idem.
Magnus Dominus

ſerere mei, Deus.

Ecece quam bonum.

Deinde cantor : Suscepimus, Deus.

Postea litania a duobus cantatur usque Fili Dei, deinde prælatus benedicat habitum religionis sub iis orationibus.

Signum Domini nostri Jesu Christi damus super hanc vestem ad custodiendum **248** divinum propositum, et ut Spiritus sanctus regnet in corde et in corpore suscipientis.

Oratio.

Deus honorum virtutum dator, et omnium benedictionum largus infusor, exaudi preces nostras, et hinc vestimentum, quod famulus tuus pro conservando sanctæ conversationis proposito se ad induendum exposcit, beneddicere et sanctificare digneris. Per Dominum.

Quo facto, aqua benedicta aspergatur; deinde novitius adhuc sæculari habitu indutus ad ordinatorem accedens, flexis genibus, stet ante eum, quem ordinator sæculari habitu exuens, dicat :

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis. Amen.

Et induens eum lineo indumento, subjungat :

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.

Fratres respondeant : Amen.

Postea induatur cappa sive caputium (48).

Deinde remittat se ante altare flexis genibus, et dicat prælatus preces sequentes.

Salvum fac servum tuum,

Deus meus, sperantem in te.

Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

249 Et de Sion tuere eum.

Nihil proficiat inimicis in eo.

Et filius iniquitatis non noceat ei.

Eto ei, Domine, turris fortitudinis.

A facie inimici.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui non vis mortem peccatoris, sed poenitentiam et emendationem semper desideras; misericordie tuæ suppliciter imploramus [auxilium], ut hic famulo tuo sæcularibus actibus renuntianti largæ tuæ pietatis gratiam infundere digneris, quatenus castris tuis insertus ita tibi militando stadium vite præsentis percurrere valeat, ut bravium æternæ remunerationis te donante percipiat. Per Christum.

*Oremus, dilectissimi fratres, Dominum nostrum Jesum Christum pro famulo isto, qui accepto habitu religionis sibi servire festinat, ut donet ei Spiritum sanctum, qui susceptæ religionis propositum in eo perpetuum conservet, et a mundi impedimento vel sæculari desiderio cor ejus defendat, ut sicut mutatur habitu, ita manus dexterae suæ ei virtutis tribuat incrementa, et ab omni cæcitate humana oculos eius aperiat; et lumen ei æternæ gratiæ **250** concedat. Qui cum Deo Patre et eodem Spiritu.*

Oremus.

Sancte Spiritus, qui te Deum ac Dominum Deo Patri Filioque cœqualem revelare mortalibus dignatus es, immensam bonitatis tuæ gratiam postulamus, ut sicut ubi vis spiras, sic huic famulo affectum devotionis indulgeas, et quoniam sapientia tua est conditus, tua quoque providentia gubernetur, quem juxta consuetam gratiam unctio tua de omnibus doceat, et per intercessionem beatissimi patris nostri Augustini, quem præcipuum hujus sanctæ institutionis legislatorem dedisti, et omnium sanctorum, eum veraciter a vanitate sæculi converte, et sicut es omnium peccatorum remissio, deprimentes impietatis obligationes in eo dissolve, ad observantiam hujus sancti propositi fac eum certatim servare, ut in tri-

(48) Hic nulla fit mentio pilei quadrati, et almutii, sive almutiæ.

Abulationibus et angustiis tua indeficienti consolatione valeat respirare, ut sobrie, juste et pie per veram humilitatem atque obedientiam in fraterna charitate fundatus, quod te donante promittit, felici perseverantia compleat. Quod ipse præstare digneris, qui cum Deo Patre et unigenito Filio ejus Domino nostro Jesu Christo visis et regnas Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

251 *Tunc surgat novitius, et legat aperta voce professionem suam propria manu scriptam.*

Ego frater N. offerens trado me ipsum divinæ pietati in ecclesia beati Landi servitutum secundum regulam S. Augustini, et promitto obedientiam domino N. priori præfatæ ecclesiæ. et successoribus ejus canonice intrantibus.

Et ponens eam professionem super altare, flexis genibus oret, et prælatus incipit dicere ter hanc antiphonam : Confirma hoc, Deus. Chorus respondeat : Quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in Jerusalem. Et repetatur ter. Sequitur oratio super eum :

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Oremus.

Deus qui famulum tuum N. a sæculi vanitate conversum, ad supernæ vocationis amorem accendis, pectori illius purificando illabere, et gratiam ei qua in te perseveret infunde, ut protectionis tuæ munitus presidio, quod te donante promissis impleat, et suæ professionis executor effectus, ad ea que perseverantibus in te dignatus es promittere pertingat. Per Dominum.

*Postea prælatus donet novitio se flexis genibus stanti communem societatem congregationis, **252** dicens hanc orationem S. Augustini.*

Oratio.

Omnes quamvis per gratiam baptismi fratres sumus in Christo, et unum Patrem habeamus in cœlo, si ejus præceptis, prout possumus, obsequamur; procul dubio tunc maxime unimur, quando orationibus et beneficiis invicem copulamur quemadmodum primitiva Ecclesia, quibus cor unum et anima una erat; quo amore plures accensi mente, possessiones et facultates rerum vendentes, congregatis cum matre Jesu in unum pretia deferebant gaudentes, quæ apostoli accepta tribuebant omnibus, prout opus erat, sicque iste nihilominus Deo inspirante eorum exemplo communis nostris optat jungi consortiis. Hæc ideo damus ei communem societatem vivendi nobiscum, quantum a Deo possumus promereri, et nostrum est largiri, quatenus eam electis a remuneratore omnium horum valeat præmia repromissa percipere : præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Deinde novitius osculetur prælatum, postea superiorum, et omnes fratres a senioribus inchoando sicut sunt per ordinem; postea osculo pacis dato, **253** prælatus incipiat : Veni, Creator. Finito Veni, Creator; dicat prælatus : Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

Oratio.

Deus, qui renuntiantibus sæculo mansionem parvas in cœlo, dilata hujus sanctæ congregationis temporale habitaculum cœlestibus bonis, ut fraternæ tenentur compagine charitatis, unanimes continentia præcepta custodiant, sobrii, simplices et quieti, gratis sibi datam gratiam fuisse cognoscant; concordet vita illorum cum nomine, professio sentiatur in opere. Per Dominum.

Item prælatus faciat eum jurare, dicendo hæc verba que sequuntur.

Ecclesiæ jura, ordinis statuta, capituli secreta, nonne sic juras [ms. juratis] tenere? *Respondent : Ita.*